Omnes sorores singulis annis vel pluries, si eis dictum fuerit, omnia sibi commissa priorissæ suæ exponant pariter et exhibeant, eius dispositioni omnia relinquendo. Nulla etiam scyphum vel vas aliquod vel aliquid huiusmodi sibi appropriet. item nulla habeat arcam, vel aliquid quod cum clave firmetur, exceptis illis, quæ propter officium suum non possunt non habere. Item nulla mittat vel recipiat sine licencia litteras vel schedulam scriptam etiam sine sigillo, nec etiam scriptum aliquod in tabulis vel in cera, nisi magistro ordinis vel priori provinciali vel vicario aut priorisse ostendat. Priorissa etiam cum duabus sororibus, quas elegerit, cum sibi expedire videbitur, sororibus absentibus scrutetur singulos lectos sororum. Et si inveniant ibi aliquid, quæ soror sine licencia priorissæ habeat, illud accipiat et eam condigne puniat. Item sine licencia et expressione personarum quibuscumque viris nihil dent, nec ab ipsis recipiant. Quæcumque autem contra fecerit, furti judicio condemnetur.

C. XII. Von der bewarung und beschrottung.

Fünfzechen malen mögent die swestren unsren herrn enphahen zu den zitten, so es gut duncket die brüder, die ir selen pflegent, ist echt sach, das si die bichter wol mögen han. Siben malen mögen si in dem jare ire höupter waschen und beschrotten ir hare, als die beschrottung geistliche lüten wol gezimet.

C. XII. *De communione et lavatura capitum et tonsura.*

Communio poterit fieri in anno quindecim vicibus, in terminis, in quibus visum fuerit fratribus curam sororum gerentibus, dummodo ad præparandum se possint habere copiam confessorum. — Septem vicibus in anno po-

terunt lavari capita et tonderi capilli sororum. Sit autem tonsura non modica, ut decet religiosas personas.

C. XIII. Wie si swigen halten sönd.

Die swestren söllent ir swigen halten in dem kore, in dem crützgang, uff dem dormenter und in dem revental. Anderswo mögent si reden mit sunderlichem urloub als fil inen erloubt wird. Ist das enkein stilleklich von notturfft wegen redet, di hat nit ir swigen gebrochen. (*lco.*) Die swestren alle söllent ir swigen halten über tische allenthalben, die priorin als wol, als die andren, denn allein die elteste, die under inen ist. Ouch mag si bevelchen ze reden einer andren für si, aber denn so sol si swigen. Der andren keine sol da reden, denn von noturft wegen des tisches, und das mit einem wort oder einer red kürtzlichen und stilleklichen. Were aber das keine mit willen söllichs swigen breche, oder einer andren ursach git, die sol einmal wasser trinken und ein disciplin nemen in dem capitel, usgenomen die siechen, die ze bette ligent; und hierinn sol man nit dispensiren. Die priorin sol sich hütten, das si nit lichtlich urloub gebe ze reden und an bescheiden sach. *lco.* Man sol vier der geistlichen swestren uswellen; one der eine oder zwo, oder der priorin oder der supriorin, sol man enkeiner an das weltlich venster urloub geben. Und sol ouch enkeine reden, eine oder zwo der vorgenanten hörent denn was si redent. Diselben söllent si rügen in dem capitel, ob si an worten oder geberden oder an keinen dingen ze straffen sige. Die priorin, noch die supriorin söllent ouch mit niemand weltlichs reden, der vorgenanten eine oder ein ander alte swester sige denn gegenwärtig. (*lco.*) Man sol ouch enkeiner urloub geben an das weltlich redvenster, diewil man messe singt oder in den zitten ist, oder in dem schloffe [vor none], oder ob tische [oder in der predige], es sige denn von sunderlichen sachen. An dem bichtvenster sol ouch enkeine reden wissenlich und mit fürsatz, denn von der bicht oder von der kilchen wegen, denn mit urloub; und das kürtzeklichen und stilleklichen. *lco.* Es sol ouch enkein swester enkeinem weltliche pfaffen bichten,

noch enkeinem eins andren ordens, noch ouch den brüdern unsres ordens, on urloub des meisters des ordens oder des provincials oder des der ir sunderlich gewalt hat darüber, ze erlouben bicht ze hören. An der winden oder rad sol enkeine reden denn von des amptes wegen, das ir enpfolen ist, und das stilleklich und kürtzlich. Ouch sol si nüt anders do reden, denn das zu dem ampt gehört. *Ico.* Umb das erste swigenbrechen, das ein swester tut willenklichen und mutwilleklichen uswendig dem tische, sol si sprechen ein Miserere, umb das andre [ouch ein Miserere], umb das dritte ein disciplin in dem capitel, umb das vierte ouch ein disciplin, umb das fünfte einmal uf dem herde sitzen, und das sol ze imbis sin und nit ze nacht, und dis zal und rechnung sol beschechen zwischent zwein capitelen. Doch mag die priorin etliche gemeine urloub geben ze reden der kellerin, das ist die schaffnerin, den kuchemeistrin und andren amptswestren als vil es sich höischet ze iren emptren.

C. XIII. *De silentio.*

Silentium teneant sorores in oratorio, in claustro, in dormitorio, in refectorio. Alibi vero loqui poterunt de licentia speciali, prout et quando fuerit eis concessum. Si quæ tamen submisse aliquid et breviter de necessariis protulerit, non teneatur de silentii fractione. Omnes autem sorores ubique in mensa silentium teneant, tam priorissa, quam aliæ: excepta una, quæ maior fuerit inter eas vel alia, cui pro se loqui commiserit, et tunc taceat. Nulla autem aliarum ibidem loquatur, nisi de necessariis mensæ, et hoc per unicam orationem vel dictionem, breviter et submisse. Si vero hoc silentium fregerit ex proposito vel licentiam loquendi dederit, in uno prandio aquam tantum bibat, et unam disciplinam in capitulo accipiat coram omnibus sine dispensatione, exceptis infirmis decumbentibus. Caveat autem priorissa, ne sit facilis ad dandas licentias loquendi sine causa rationabili. Quatuor de sororibus magis

religiosis et discretis assignentur, sine quarum una vel duabus, vel priorissa vel subpriorissa, nulla licentietur ire ad fenestram locutorii secularium. Nec aliquid loquatur ibi soror nisi in auditu sociæ vel sociarum. Ista autem socia vel sociæ debent accusare eam cum qua mittuntur, si verbo, vel gestu, vel aliter in aliquo notaverint reprehensibilem. Priorissa autem et suppriorissa cum aliquibus in prædicto locutorio non loquantur, nisi in præsentia alicujus quatuor prædictarum vel alicujus antiquarum sororum. Nulli detur licentia loquendi in locutorio secularium cum extraneis, aut intrandi locutorium illud, quamdiu horæ vel missa dicuntur, vel quando conventus dormit vel comedit, nisi ex causa valde necessaria. Ad fenestras confessionum nulla loquatur de aliis quam de confessione scienter et ex proposito, nisi forte de pertinentibus ad officium ecclesiæ cum exterioribus, et hoc de licentia et submisse. Nulla confiteatur alicui seculari vel alicui cuiuscumque alterius religionis, etiam fratri, nisi de licentia magistri ordinis vel prioris provincialis vel illius cui super hoc secundum certam formam aliquis horum commiserit potestatem. Item ad rotam nulla loquatur, nisi alia vel illæ quæ propter aliquod officium sunt ipsi rotæ deputatæ, et illæ etiam non loquantur ibi, nisi de pertinentibus ad officium prædictum. Pro prima fractione silentii ex deliberatione commissa extra mensam, dicat soror psalmum *Misericordi mei, Deus*, et pro secunda recipiat in capitulo disciplinam coram omnibus, pro tertia sedeat semel in terra, et hoc in prandio, non in cœna, computatio tamen ista inter duo capitula fiat. Priorissa tamen potest dare aliquas licentias generales loquendi cellariæ, coquinariis sive aliis officialibus prout ratione officiorum visum fuerit expedire.

C. XIV. Wie man enpfahen sol swestren zu dem orden.

Man sol enkeine enpfahen in den orden zu einer swester, die do gemerklich ze jung ist. Man sol ouch si nit enpfahen,

denn mit flißiger fragung heimlich; und zu dem ersten von ihren sitten und von irem leben, von iren liplichen krefften, von ihren sinnen und ob si geelichet si einem manne und nit gescheiden si mit urloub der heiligen kristenheit; man sol si ouch fragen flissentklich, ob si swanger si, und mag man davon nit sicherheit han, so sol man beitten, untz das man wol möge sicherheit han. Man sol ouch fragen, ob si eygen si, oder in großer geltschuld si, oder gehorsam hab getan in ein andren orden, oder enkein heimlichen siechtag an ir habe, oder kein ander sach, darumb dem kloster nit fügte, das man si enpfienge. Das versuochen und fragen sol beschehen von der priorin und zweyn alten swestren und bescheiden, die das capitel darzu erwelt hat. *Ico.* So si enphangen wirt, so sol man si füren in das capitel, und sol da ir venie machen vor der priorin. Die sol si fragen, was si suche? so sel si antwurten: die erbermde gottes und üwer; so sol die priorin si heißen uffstan, und sol ir fürlegen die strenkeit des ordens, und si fragen, ob si es welle tun? spricht si, das si es alles tun welle, so sol die priorin sprechen: Dominus qui cepit, ipse perficiat, Got der es angefangen hat, volbringe es; so sol der convent antwurten: Amen. Darnach sol man ir das weltliche gewand usziechen und das geistlich anlegen und enphahen in dem capitel in die gesellschaft der swestren. Doch e das si stetigkeit und ein gemein leben und gehorsam tu, so sol man ir ein zit geben der versuchung. *Ico.* Die zit der versuchung setzend wir ein jar oder fürbas, darnach als es die priorin mit der wisen rat gut beduncket, das die swester, die angeleit ist, enphinde die strengkeit des ordens, und ouch die andren swestren sehent ir wandel und ir sitten. Dem meister des ordens oder dem provincial sol man rechnen des closters gut, nach dem gut sol er ein sicher zal der swestren uffsetzen; über die zal sol man kein swester enphahen ze dem orden, es were denn ein sölliche persone, die man on großen schaden und ergerung nit möchte versprechen [abweisen], und das sol man dennocht nit tun denn mit urloub des meisters des ordens oder des provincials. Man sol ouch keiner personen geloben

ze enphachende, e das eine der gezalten stirbet in dem closter. *Ico.* Man mag ouch etzlich personen enphachen zu leysswestren zu dienst, do es nutz und not ist, in einer gemeßigen zal, darnach als ir die amptswestren bedörffent. Dieselben leysswestren söllent lesen feriales für mettin XXVIII pat. nr. Aber ze eim lezgen für die mettin viertzig pat. nr., und für vesper XIV pat. nr. Aber denn für das preciosa drü pat. nr. In den andren tagzitten söllent aber si betten VII pat. nr., als die darzu gehörent ze sprechen. Und für den tischsegen ein pat. nr. und nach dem tisch drü pat. nr. An vasten und an wachen und an andren dingen söllent si den andren glich leben.

C. IV. *De recipiendis.*

Nulla notabiliter juvenis recipiatur in sororem. Non recipiatur etiam aliqua, nisi cum diligenti examinatione facta secretim de moribus et vita et viribus corporalibus et industria animi, et utrum sit conjugata et non per ecclesiam separata a viro. Examinetur etiam diligentius utrum sit gravida, et si non possit de hoc certitudo haberi, expectandum est donec certitudo habeatur. Item inquiratur utrum sit serva, vel ratiociniis obligata, vel alterius professionis, vel occultam habeat infirmitatem, vel alia impedimenta propter quæ non expediat eam recipi. Hæc autem examinatio a priorissa et a duobus sororibus discretis de consensu capituli ad hoc electis fieri debet. Cum autem recipienda adducta fuerit in capitulum, prosternat se in medio. Interrogata vero ab ea quæ præest *quid quærat*, respondeat *Misericordiam Dei et vestram.* Qua ad jussum illius quæ præest erecta, exponat ei austeritatem ordinis, propositum eius requirens. Quod si respondeat se proponere cuncta servare, dicat post cetera, Dominus qui incepit ipse perficiat, et conventus respondeat Amen. Tunc depositis secularibus vestibus et religiosis indutis in societatem sororum in capitulo recipiatur. Verumtamen antequam stabilitatem et communem vitam promittat et

obedientiam ac professionem faciat, tempus probationis assignetur. Probationis vero tempus statuimus unius anni vel eo amplius, prout illi, quæ præest de prudentum consilio videbitur expedire, ut et ipsa austeritates ordinis et sorores mores ipsius experiantur. Magister ordinis vel prior provincialis, pensatis facultatibus domus, quæ pro tempore fuerint, aliquem certum numerum sororum statuat, ultra quem non recipiatur aliqua in sororem, nisi talis esset persona, quæ sine gravi damno vel scandalo recusari non posset. Et tunc nonnisi de consilio magistri ordinis vel prioris provincialis recipiatur. Nulla etiam fiat promissio de sorore aliqua recipienda antequam locus vacaverit. Licebit quoque aliquas recipere intus in sorores conversas, ubi hoc expediens videbitur, in numero tamen moderato, prout earum officiis et adjutoriis aliæ sorores indigebunt, Hæ autem dicant in profestis diebus pro matutinis 28 pat. nr., in festis autem novem lectionum 40, pro vesperis 14, pro qualibet aliarum horarum 7. Loco *Pretiosa* tria, pro benedictione mensæ unum, post mensam pro gratiis tria. In jejuniis et vigiliis et aliis, quæ earum statui competunt, se aliis conformabunt.

C. XV. Von Underweisung der novicien.

Die priorin sol den novicien ein meistrin geben, die si flißenklichen underwise und si lere den orden, und in der kilchen und anderswo, wo si sich sümlich oder lichtferteklich hielten an worten oder an wercken, do sol si si beruffen und sol es besseren, als verre si mag. Jr notturfft sol si inen versehen als verre si mag; von offenen versümnissen söllent si gnad bitten, so sol die meistrin inen buße geben oder aber in ir capitel sparen. Si sol si leren, das si halten demüttikeit mit hertzen und mit libe, und das si emptzeklich, bescheidenlich und lutterlich bichten, und das si an eigenen willen lebent. *Ico.* das si iren oberen gehorsam und undertenig sigent in allen dingen; wie si sich an alle stetten halten söllent; und die stat, die man in gibt, die

sond si allenthalben behalten; wie si sich in den kameren halten söllent, das si da ir ougen söllent verhencken; wie si betten söllent und was si betten söllent, und wie heimlich und stilleklich, das nieman von inen geirret werde, und wie si sich halten söllent in dem capitel und allenthalben. Wenn aber die priorin si straffet, so söllent si zehand ein venie machen; were ouch das enkeine under inen ein ander swester erzürnte, so sol si bald für si knüwen und gnade bitten. *Ico.* Man sol ouch die novicien underwisen und leren, das si mit nieman zürnent und ir meistrin in allen dingen gehorsam sigent. Und in der procession jeckliche ir gespilen wol warneme, und das si nit reden an den verbottenen stetten und zitten noch anderswo one urloub, das si nieman verrichten (richten), sehend si ouch üt an keiner swester, das bös schinet, das söllent si zu dem besten keren, wan das mönschlich gericht wirt dick betrogen; ouch das si niemant hinderreden söllent, denn von den gutten dingen; das si oft disciplin nement, das si sitzent und trinkent mit zwein henden, ouch das si die bücher und gewand und das der gemeinde des klosters zugehört reinecklichen haltent, und wo si das vindent, das si das tragent an die stette, do es hin gehört. Do inen ein urloub von der priorin verzigen (verweigert) wirt, so si üt an si bitten oder forderen sint, so sond si sölliches nit bitten die minren obren, es sige denn sach, das si sage das es ir verzigen si von der oberen. *Ico.* Man sol die novitzien bicht hören vor der gehorsami, und si flisseklichen leren bichten und ouch andre ding, der si bedörffent. Item e das die novitzien gehorsami tun, so söllent si sich von aller geltschuld richten (lösen, frei machen) gentziklichen und das ander in der priorin hende geben; ouch die novicien und die andren swestren söllent übersingen flissenklich und ernstlich leren das si in dem kor ze tunde hand, on allein die leygswestren, den ist genug, das si wissent oder lerent das si für ir tagzit söllent betten, und alle swestren sond geflissen sin, arbeit und handwerck ze leren, und sölliches ze wirken sond si sich üben. Die novicien söllent nit in das capitel gan, ir meistrin heiße es denn, so söllent si ze dem ersten ir schuld sprechen oder ir meisterin sol

inen sunderlichen capitel halten und si flißeklichen underwisen und lieplich bestraffen.

C. XV. *De Novitiabus et earum instructione.*

Priorissa Novitiabus magistram diligentem in earum instructione præponat, quæ eas de ordine doceat; in ecclesia et ubicunque negligenter se habuerint, verbo, signo, quantum poterit studeat emendare; necessaria prout potest debet eis procurare, de apertis negligentiis, cum ante eam petierint veniam, pœnitentiam dare, vel eas in capitulo proclamare. Humilitatem cordis et corporis doceat eas habere, frequenter pure et discrete confiteri, sine proprio vivere, propriam voluntatem deserere; pro voluntate majorum obedientiam in omnibus voluntarie observare. Quomodo ubique et in omnibus se habere debeant ipsas debet instruere; quod locum ubi fuerint positæ ubique teneant. Qualiter se ad cameras contineant, ut oculos sublimes non habeant. Quomodo vel quid orent, et quam silenter, ut aliis rugitum non faciant. Quomodo in capitulo vel ubicunque reprehensæ fuerint ab ea, quæ præest, venia sit facienda, et quod si quæ sororem suam aliquo modo scandalizaverit, ad pedes eius prostrata veniam petat. Instruendæ etiam sunt novitiæ, ut cum nemine contendere præsumant, et quod in omnibus magistræ suæ obediant. In processione sociam sibi collateralem attendant; nec loquantur locis et temporibus interdictis nec alias sine licentia, et quod neminem penitus judicent, sed si quæ ab aliqua fieri viderint, licet mala, bona suspicentur, vel bona intentione facta; sæpe enim humanum fallitur judicium. Et quod non loquantur de absente nisi quæ bona sunt; quod disciplinas frequenter suscipiant, et cum duabus manibus bibant et sedendo; quod libros, vestes et res alias monasterii custodiant diligenter. Et quod si quid petitum fuerit ab una earum quæ præest, et negaverit, non petatur ab alia, nisi negatione priore exposita, sed nec si a majore petierint

et negaverit, vadant ad minorem. Item confessiones novitiarum ante professionem recipiantur et diligenter de modo confessionis et in aliis instruantur, item ante professionem de debitis se expediant et omnia alia ad pedes priorissæ ponant. Item novitiæ, et aliæ sorores quæ aptæ sunt, in psalmodia et officio divino studeant diligenter; præter conversas quibus sufficiat, ut sciant vel addiscant ea, quæ debent pro horis dicere. Omnes vero in aliquo labore addiscendo vel exercendo occupentur. Item novitiæ non intersint capitulo de culpis, sed in principio se excusent, vel magistra earum extra capitulum culpas eorum audiat et ipsas quantum poterit diligenter in moribus instruat et charitative corripiat.

C. XVI. Wie die novicien gehorsame sond tun.

Also söllent die swestren gehorsame tun: N. gelob und verheiß und tun gehorsame got und unser frouwen santa Maria und sant Dominicus, und dir swester N. priorin anstat des meisters der brüderen predierordens nach der regel S. Augustinus und nach der ufffetzung der swestren, die dem vorgenanten orden ze versorgen enpholen sint, das ich wil gehorsam sin dir und andren minen priorin untz an den tod. So sol ir gewand gesegnen mit disen worten die priorin und sprechen: ostende nobis etc. und die collecte. *oratio.* Domine Jhesu Christe qui tegimen nostre mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tue habundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod sancti patres ad innocencie et humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita benedicere digneris, ut que hoc usa fuerit te induere mereatur Christum dominum nostrum. Amen. Darnach sol man sprengen das gewand mit wiewasser. Man sol ouch kein swester enphachen ze gehorsame vor dem drizechenden jare. Wir wellend ouch nit, das kein swester [gewicht oder] gesegnet werde [mit der megten segen], wann söliches S. Dominicus geordenat hat den swestren, die da bi sinen zitten warent, wann sölicher segen wer etlichen ursach, das si sich über die andren erhübent.

C. XVI. *De modo faciendi professionem.*

Modus faciendi professionem talis est. Ego soror N. facio professionem et promitto obedientiam Deo et b. Mariæ et b. Dominico et tibi sorori N. priorissæ talis conventus, vice fratris N. magistri ordinis fratrum predicatorum et successorum eius, secundum regulam b. Augustini et institutiones sororum quarum cura prædicto ordini est commissa, quod ero tibi obediens aliisque priorissis meis usque ad mortem. Novitiarum autem vestes in earum professione benedicantur hoc modo: ostende nobis domine misericordiam tuam et clamor meus ad te veniat. Oremus: Domine Jesu Christe, qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensæ largitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod sancti patres ad innocentiæ et humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita benedicere digneris, ut, quæ hoc usa fuerit, te induere mereatur, Christum Dominum nostrum. Amen. Postmodum aspergantur aqua benedicta. Ad professionem nulla recipiatur infra 16 annos completos (Concil. Trid. sess. 2. c. 12). Nolumus etiam quod aliquæ sorores benedicantur, cum b. pater Dominicus hoc ordinasse dicatur circa illas quæ fuerunt tempore suo, et huiusmodi benedictio soleat esse aliquibus occasio, ut super alias se extollant.

C. XVII. Von der lichten schuld.

Die lichte schuld ist, alsbald man das erste zeichen lüttet, wele swester denn nit leit us der hand alles, das si darinnen hat, und sich bereitet an die stat, da si dennzumalen höret, [oder ungestümeklich darkunt]; were ouch das enkeine (das, was si?) singen oder lesen sol in dem kore nit vollkommenlich tut, und den kor domit betrübet, und nit zehand ein venie machet vor in allen; were ouch, das enkeine das buch, do man an sol lesen ze collacion, in dem capitel oder in dem kore, do gebreste von keiner versümnis; dis ist als die lichte schuld: wer das enkeine ze collation, ze predige, ze capitel, ze den zitten und ze der

gemeinen arbeit nit bald keme oder die ze tische lesen sol den segen versumte; were ouch das enkeine in dem tormenter oder anderswa in dem conventen kein unzucht oder kein gestüchtel machte, das si die bettenden oder die lesenden oder die schlaffenden enkein unruwe beschehe; were ouch das enkeine das tuch, do man den kelch, die patenen oder das corporal inwindet, oder die stolen oder handfan oder des gelich an den herd viele von ir versumniß. *lco.*; aber ist die lichte schulde: were das enkeine kertzen oder andren husrat oder geschirre des closters verlüre oder breche oder ir gewand entreinete oder verlüre und nit an die gesetzten stat widerleite ordenlich und reineklich; were ouch das enkeine schlieffe an der predige oder gotzdienst oder an der gemeinen arbeit, oder verlassenlich (leichtsinnig) sich dick umbsicht in dem closter zu üppigen dingen und die sich geren mit unnützen dingen bekümmeren oder verlassenlich lachte oder andre swestren machte ze lachen, oder mit keiner geberde oder getat oder an gewand oder an worten oder an andren dingen üt strofbarliches tut, um dise schulden und die disem gelich sind, sol man geben einen psalmen oder me, darnach als si es übergangen hand, und ouch als es die da das capitel haltet gut duncket.

C. XVII. *De levi culpa.*

Levis culpa est, si quæ mox ut signum factum fuerit, non relictis omnibus cum matura festinatione se præparaverit, ut ad locum, pro quo fit signum, veniat tempestive. Si quæ designatum sibi legendi vel cantandi officium non attente compleverit, [vel responsorium vel Antiphonam vel aliud inceptura] chorum turbaverit. [Si quæ male legendo vel cantando offendens] non statim se coram omnibus humiliaverit. Si liber, in quo legendum est in collatione vel in capitulo, vel in ecclesia, cuiusquam negligentia defuerit. Similis culpa est, si quæ ad mensam, vel collationem, vel sermonem, vel capitulum, vel ad horas in ecclesia, vel ad laboratorium commune, cito non venerit, vel ad lectionem mensæ notata ad benedictionem tarde se

obtulerit. Si qnæ in dormitorio vel alibi in conventu aliquem tumultum fecerit, vel orantes, vel legentes, vel laborantes in aliquo inquietaverit. Si pannus ad involvendum calicem, vel patenem, vel corporale, vel stola, vel manipulus, vel similia per negligentiam cuiusquam in terram ceciderit, vel si vestes suas suo tempore et loco statuto, honeste et ordinate aliqua non reposuerit. Item levis culpa est, si quæ cereum vel aliquod utensilium perdiderit, vel fregerit, vel aliquod vestimentorum suorum deterioraverit vel amiserit. Si quæ in officio vel sermone vel laboratorio dormitaverit, vel oculos vagos habens per claustrum vel domum ad vanitates sæpe direxerit. Si quæ verbis otiosis vacaverit, vel dissolute riserit, vel alias ad ridendum concitaverit, vel in aliquo gestu vel motu vel statu vel habitu vel verbo reprehensibilis apparuerit. Pro his unus psalmus vel plures secundum quantitatem excessuum, prout videbitur capitulum tenenti, injungatur.

C. XVIII. Von der Mittelschuld.

Die mittelschuld ist weli ze gloria patri des ersten psalmen in dem kor nit ist und denn enmitten in dem kor die buß nit leistet, und die an dem abent unser frouwen in der vasten und an dem abende ze wiennachten, an dem anfang des capitels nit gegenwärtig were so man kündet den anfang unser erlösung, das si got danke mit hertzen und mit lib; were ouch das enkeine in dem kor, diwile man das göttlich ampt begat, mit umbsichenden ougen und ungeistlicher geberde ir gemütes verlassenheit erzeigte, oder ir letzigen zu gesetzter gewonlicher zit nit vor übersihet, were ouch das enkeine singen oder lesen wöllte anders denn es geordenet ist, und die in dem kor lachet oder ander ze lachen machet, oder in dem convent kein verlassenheit tut. *Ico.* Ouch die mittelschulde ist, were das enkeine das capitel, die predige, die collacion, gemein essen oder gemein arbeit oder kein ding versumti von kleiner sachen wegen; were ouch das enkein gemein heissen, das die priorin

gemeinlich heißi tun, underwegen ließe; were ouch das enkeine esse oder trinke one segen; were ouch das enkein swester ein andri rügete in dem capitel von der si vorhin in demselben capitel gerüget war, als ob si sich rächen wölte; were ouch das enkeine ze iren worten sweri oder mit sweren ir wort wölte bestetigen oder lougnen; were ouch das enkein swester die andre nannte mit irem eigenen namen und nit vorhin spreche swester, umb disi schuld sol man geben psalmen, venie, disciplinen nach dem uebergang (der Ueberführung) der schulde und nach der priorin oder die das capitel haltet bescheidenheit.

C. XVIII. *De media culpa.*

Media culpa est, si quæ ad *Gloria* primi psalmi non adfuerit, et in medio chori non satisfecerit, vel in vigilia Annunciationis vel nativitatis domini in principio capituli non adfuerit, ut pronuntiatis exordiis nostræ salutis et redemptionis gratias agat corde et corpore redemptori nostro. Similis culpa est, si quæ in choro non intenta divino officio vagis oculis et motu irreligioso levitatem mentis ostenderit. Si quæ lectionem tempore statuto non prædixerit, vel aliud legere vel cantare præsumpserit, quam quod ordinatum est. Si quæ in choro riserit vel alias ridere fecerit, vel in conventu dissolutionem aliquam fecerit. Item media culpa est, si quæ a capitulo, vel sermone, vel collatione vel refectione communi, vel laboratorio, vel hora aliqua ex causa minus rationabili remanserit; si quæ commune mandatum dimiserit; si quid cibi, potus absque benedictione aliqua sumpserit. Similis culpa est si quæ eam, a qua proclamata est eodem die, quasi vindicando se proclamaverit, vel clamans in proclamatione sua iurgium fecerit. Si quæ, ut loquendo fieri solet, cum iuramento aliquid affirmaverit vel negaverit, vel vaniloquium dixerit. Si quæ sororem proprio nomine, omisso hoc nomine (soror) vocare in usu habuerit. Pro huiusmodi culpis psalmi, disciplinæ et veniæ secundum discre-

tionem tenentis capitulum imponantur, quantitate culparum pensata.

C. XIX. Von der sweren schuld.

Die swere schulde ist: were das enkein swester mit der andren kriegte und unerber wort redde, oder ein swester verwisse die schulde, die si gebüßet hat, und die in ir rügen ungestümikeit oder krieg machet, und die wider ein swester, die si rüget oder wider ein ander spricht in einem schalk, fluchwort, und unordentliche und ungeistliche wort, oder ouch ungeistlicheit und unerbarkeit von dem closter oder von den swestren usseitte; were ouch das enkein mishellung und unfrid under den swestren segete oder ein hinderrederin oder ein runerin were; were ouch das enkeine ir schulde oder einer andren mit frevel wölte beschirmen oder kein wissenthaffte luge seite, oder ein gewonheit hette, das si ir swigen nit hielte. *lco.*, oder enkeine fleisch esse on urloub und notturft, oder die gesatzten vasttag breche, und die einen man ansehe oder die ungeordnete wort spricht; umb dis schulde und ir gelich söllent die swestren drige tag Wasser und Brot essen und drige disciplin in dem capitel halten und nemen, und psalmen und venien nach übergang der schuld. *lco.* wele aber der andren ützet neme on urloub, ob si doch nit willen hat sölichs ze behaben, oder die da vom capitel, oder von der predige oder von gemeine schlaff oder von dem refectal des gemeinen tisches on sach und urloub belipt, [di sol ein ymbis sin ze wasser und ze brot und ein disciplin nemen in dem capitel; aber wele offt dis obbeschriben sachen tund, die sond die sweren schuld liden als si hievor geschriben ist.]

C. XIX. *De gravi culpa.*

Gravis culpa est, si quæ cum aliqua lites habuerit, vel inhoneste contenderit, si quæ alicui opprobrium dixerit, vel culpam, pro qua satisfecit, improperaverit, si quæ in proclamatione jurgium fecerit, vel in illam, a qua procla-

mata est, vel quamlibet aliam maledicta seu verba inordinata vel injuriosa malitiose invexerit. Similis culpa est, si quæ discordiam inter sorores seminaverit, vel detraxerit seu susurratrix inventa fuerit. Si quæ mala de sororibus vel domo malitiose evomuerit, vel culpam suam aut alterius proterve defenderit, si quæ mendacium scienter dixerit, si quæ pro victu vel vestitu vel qualibet alia re murmuraverit, si quæ carnes absque licentia et necessitate comederit, vel jejunia statuta fregerit; si quæ in aliquem oculum fixerit vel turpem sermonem protulerit. Si quæ res aliquas alii deputatas, quamvis non animo retinendi, sine licentia acceperit, vel a capitulo, vel sermone, vel communi dormitione sine causa aliqua et licentia remanserit. Pro hujusmodi culpis et similibus injungantur tres dies in pane et aqua et tres disciplinæ vel plures in capitulo coram omnibus recipiendæ, et psalmi et veniæ prout secundum excessus majores vel minores videbitur esse justum.

C. XX. Von der swerer schuld.

Die swerer schulde ist, were das ankeine mit frevel und mit offener widerspennigen iren obren nit undertenig were und frevellichen mit inen krigte, ouch ob enkeine die andren in bosheit schlüge, were ouch das enkeine von dem gemeinen gut des klosters neme und ir selben ze eygen machte, were ouch das enkeine kremlin oder gabe sante oder enphienge, oder das verbirget, das si enphangen hat und die brief oder kein ander geschrift sendet oder enphacht oder liset oder ir bittet ein andre ze lesen on urloub, oder die da kein unersam ding des closters oder der swestren oder kein heimlicheit den usseren mönschen sagen oder melden ist, oder kein ander houptsünde begienge. *Ico.*, umb sölliche schulde die swester die da schuldig ist, die sol sich enplößen und sol ir großen mistat weinend schuldig geben und gan in dem capitel und do vor der priorin ein venie machen und darnach vor jecklicher swester bysunder in beden chören und von jecklicher ein disciplin nemen

und sol die jüngste stat han in dem convente. In dem revental sol si sitzen uff bloßem herde und swertzer brot essen und wasser trinken, die priorin habe denn erbermde über si, ouch ir brosmen sol man nit mischelen under die andren. Zu den siben zitten, und ze dem segen nach dem essen sol si ligen an ir venie vor dem chor, diewil die swestren in und usgangent; diewil si in der buß ist, so sol en kein swester mit ir reden noch zu ir senden noch enkein botschaft tun. Si sol ouch nit komen zu der bewarung noch zu dem kuß des fridens. Man sol si ouch nit schriben ze singen und ze lesen in dem kor. *lco.* Die priorin aber das si nit verzwiffle noch in ungedult kome, so mag si senden zu ir alt swestren, die si manent ze gedult und ze rüwen, und die söllent haben mitliden mit ir und die priorin helffen bitten für si, den swestren sol aller convent helffen bitten, ist das demut und rüw an ir schinet. Die priorin sol nit versmahen, si sol erbarmhertzig sin und duncket es si gut, so sol si ze dem andren mal si heißen in dem capitel disciplin und venie halten. *lco.* Dieselbe buße sol eine liden die, da Got vor si, verfallen were (gefallen, geschwächt), das wir meinent swerlicher gebüßent werden, denn das ander; ist aber das es heimlich ist, so sol man fragen heimlich nach dem zit und nach der persone, darnach mag man si büßen; diewil si in der buß ist, so sol si an den wil sin; were ouch das enkein swestern zu einander swuren und mit einer bösen einhellung sich verbunden wider ir priorin oder wider ir obren offenlich, die söllent dieselben buße liden und denn anhin in allem irem leben die jungsten stat des ordens han und enkein stimme in dem capitel, denn ir selbes schulde ze sprechen und sol man ir enkein gehorsame enphelen; were ouch das einkein swester wider die priorin üt hette und das nit in bosheit denn in der worheit, das man nit sölte nach gezeme von ir liden, so söllen die swestren die priorin mit demut und von minnen si bestroffen; wer aber das sidicke bestroffet were und die manung versumte und versmähte, so mag man es schriben dem provincial oder dem vicarien.

C. XX. *De graviori culpa.*

Gravior culpa est, si quæ per contumaciam vel manifestam rebellionem suis majoribus inobediens extiterit, vel cum eis proterve contendere ausa fuerit, si quæ aliam malitiose percusserit, si quæ res aliquas aliis concessas vel de communi, animo celandi, acceperit vel proprium habuerit; similis culpa est, si quæ munuscula vel alias res sine licentia dederit vel receperit vel receptas celaverit, si quæ litteras vel aliqua in scripto aliquo sine licentia miserit vel receperit vel legerit vel sibi legi fecerit. Si quæ aliquid inhonestum domus, sororum vel secretum aliquod extraneo cuiquam revelaverit, vel aliquod quodcumque crimen capitale commiserit. Pro huiusmodi culpis, quæ rea fuerit, veniam petens, sceleris sui immanitatem lamentabiliter proferat, et denudata usque ad cingulum vapulet ad pedes singularum, primo priorissæ, deinde utriusque lateris sedentium, et sit omnium novissima in conventu. In refectorio quoque ad communem mensam non comedat cum aliis, sed in medio refectorio super nudam terram, et provideatur ei grossior panis et aqua, nisi quæ præest ei per misericordiam aliquid impendat, nec reliquiæ prandii sui cum aliis misceantur. Ad canonicas horas et ad gratias post comestionem ante ostium ecclesiæ transeuntibus sororibus prostrata jaceat, dum intrant et exeunt. Nulla vero audeat se conjungere ei vel aliquid mandare. Talis, quamdiu erit in hac penitentia, non communicet, non veniat ad osculum pacis, nec notetur ad aliquod officium in ecclesia, nec ulla ei committatur obedientia. Priorissa vero ne in desperationem labi possit, mittat ad eam, quæ est in tali pœnitentia, sorores, quæ illam moneant ad pœnitentiam, provocent ad patientiam, foveant per compassionem, hortentur ad satisfactionem, adjuvent per suam intercessionem. Quibus et suffragetur totus conventus, si apparuerit in ea debita humilitas; nec renuat quæ præest cum ea facere misericor-

diam, et, si videbitur ei, denuo vapulet modo prædicto. Eodem modo debet pœnitare si quæ, quod absit, in peccatum carnis lapsa fuerit, quod gravius cæteris puniri censemus, et plus quam alia abominamur. Poterit autem ei quæ talis fuerit, velum nigrum auferri, quamdiu fuerit in hac pœnitentia. Si vero huiusmodi peccatum occultum fuerit, disquisitione secreta secundum tempus et personam condignam agat pœnitentiam. Si vero aliquæ per conspirationem vel conjurationem vel malitiosam concordiam adversus priorissam vel superiores suos manifeste se erexerint, supradicto modo pœniteant, et de cetero in tota vita sua extremum locum sui ordinis teneant et vocem in capitulo nisi in sui accusationem non habeant, neque eis aliqua obedientia injungatur. Si quæ tamen non malitiose, sed in veritate adversus priorissam aliquid habuerit, quod tolerari non debeat nec deceat, prius inter se cum omni humilitate et charitate de sua correctione eam admoneat. Quod si frequenter admonita corrigere se neglexerit aut contempserit, priori provinciali vel ejus vicario significetur.

C. XXI. Von der allerſwereſten ſchuld.

Die allerſwerſte ſchuld iſt die ungerechtikeit der ſweſtren, die weder ir ſchulde vörchtend ze tunde, noch darüber buße wil enphahen; were das man kein alſo finde, der ſol man des ordens kleider abziechen und berouben der geſelſchaft der ſweſtren und ſi beſchließen an ein heimliche ſtat von den ſweſtren und ſol die ſpis nießen und die buße tragen, die davor geſchriben ſtat in der ſchweren ſchuld. *Ico.* Zu kaſtegung ſol man han ſunderlich ſtette, do man die inbeſchließe und nit allein die ungerichtigen ſweſtren, ouch die dem cloſter bewerlich ſchedlich werent an eren und an gut, oder flüchtig wölten werden, und ouch umb minr ſchulde underwilen ſweſtren ze kaſtegen an ſemlichen ſtetten, dornach als man ſicht das es nottürftig iſt.

C. XXI. *De gravissima culpa.*

